



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LIV. ANNI 1676. 7. JULII.

1676



ORDINARIÆ RELATIONES ANNI 1676. 7. JULII.

Parisii, 26. Junij.

OB victoriam nostram in Panormitano mari partam brevi canemus hymnum Ambrosianum. *Virescentia Dna de Brimilicis nuda, inferiori solum Induta tunica, pœnitentiam ageat ad limen Ecclesie.* B. M. Virginis, illinc trans ades parentis p. m. D. d. Aubray ad supplicium trahetur, ubi, cum laqueo suffocata fuerit, cremabitur: aliquo Archi- & Episcopi in aseceterio majoru Augustiniano, u convenient in causa Dni Penottier: ad Regem legabuntur Deputati, probaturi, eum non ijs delictorum sordibus maculatum, quibus nuper tamã conspersus & de die in diem prodire clarior, abhorrentiam: iudices eadem in cœca spe-lunca locuti, inhorrentiam ad eandem redire frigidis ergo, contrahendæque infirmitatis, quam captivus è mem phitico fœtore contraxit: illa ut liberetur, ad sanius conclave est deductus, recuperaturus quoque visum & auditum auri vaporibus labefactum: ante captivitatem agebat Generalem Cleri Francici Receptorem, & Statuum Languedocix Gen. Thesaurarium, tribus dives millionibus, & gaudens quot annis redditibus 30000. Coronatorum. Quinquaginta Luxemburgensis Equites, nimia audacia, prædationibus & incendiis longè lædèque in agros Gallicos bacchatis, etiam Abbatiam septem milliaribus à Chalou in Campania tiam flammis vastaverunt, in cuius iudictam rusticolæ vicini, arreptis armis, eos adorti sunt & rejecerunt in Fey usq, ubi, accedentibus pluribus, illos ad unum omnes interemerunt. In ultima velitatione Valenceensis castris est D. Masfette cum Majore Quince, & vulneratus capite D. de Lustburg cù D. Bezons, D. Davenquerq, & vexillifero de Berlan. Rex ante decimum proximi huc rediturus, ad Tractum Mosellæ destinat phalangem octo millium tum equitum tum peditum contra copias Osnabrugenses: Marecallus de Schombergh moderatur Exercitum regium. Gubernator Tabernanus certas ob litteras, quas scripserat hosti, Nancejo huc deductus, negavit illas se exaratas, & prodicionis agitasse pilã, quamvis adulterina manus apprimè suam expressisset, causã verò interius ponderatã, pristina libertati est reddita: & quidem à Dna quadam iniquè ferente, se ab ipso despectam, ahamque à se propriam sibi dicasse. Nancejum tractos dicimus Cæsareorum in nupero certamine Tabernano captorum septingentos cum aliquot Officialibus. Regiæ naves sub auspiciis Thalassiduo Qvesne in Provençiam repulsa, sine mora quibuscunq, necessariis instruentur, transportandis Mellanam, inferendisq, Classi, quæ dubio Marte illuc revertit nec tremilicis nec ovans.

Ex Castris Gallicis, 29. Junij.

EXERCITUS noster in armis propè Brocomagum instratus ante triduum, numerabat centum & triginta turmas equestres, peditumq, tria & viginti milia, conjunctim 35000. viros: abundamus annonã, vix enim tribus miliaribus absumus Argentorato, undè quantum petit pecunia, tantum annonæ mittitur: hostis noster ad fluvium Lauter vigilantissimus excubat, nobis pro virili transitu interdiciturus: nondum Philippopolim, quo debet verberari, furorè quatit, nullos adhuecum passum infultus: Eques legionis de Doucet ex urbe illa proilit & ad nos per ipsos obsidentium Jaqueos emerit, cum litteris ad Principem de Luxemburgh, affirmantibus; Philippopolensium conditio-

hem in optimo versari cardine, annonam nervumq, non deficere, vini amphoram venire decem stufferis, præfidiarios denique valere magnis viribus. Argentineses recenter ad Polemarchum nostrum Princ. de Luxemburgh legaverunt Deputatos super conservatione non violandæ neutralitatis, agentes, à se non indultum Cæsareo Exercitui transitum ad faciendas in Alsatiam irruptiones, quod verò datus sit cedentibus hostibus, plus nobis quam Cæsareis favere: quas accommodarunt curules machinas, non ad se, sed ad Principè VVurtembergicum pertinere: ipsum denique patere nobis pontem rhenanum, què tranterunt Cæsarei: *ita loquuntur Galli: eras movebimus castra Glockerbergensem versus montem, excogitaturi methodum, quã succurramus Philippopolis; audimus enim, relietã Lauterburgi phalange, alteri Exercitibus hostilis partem ad obsidentes properare, inhiantes obstes, expugnandis prius, quam penetremus; ast si perumpere nequeamus, improvisò forsan Moguntiam cogitabimus, illam aut Franchendall infestaturis aut Rheiniëdram ceteralve Civitates Cæsareas in finibus Helvetiæ lacellemus, ut, si quæ belli moles impenderet Philippopoli, illa plurimum extravagantibus nostris expeditionibus alleviatur & disperat.*

Argentorato, 30. Junij.

GALLI castra sua latius expicuerunt in VVantzen Gnav usq, cujus castrum firmissime roborabunt, gêras enim colligunt, onerandas in alium terrã: sæpius manipuli Gallici trajiciunt Rhodum, redduntq, vias inanis securas mercatoribus ad nostras nundinas cogitantibus: principes Gallorum Officiales confirmant, tres Gubernatores Brisacensem, Tabernanum & Palatinopolensem victos duci Parisios, à Princ. de Luxemburgh certorũ accusatos. Evestigio allabitur & confirmatur, improvisò Cæsareorũ metu Gallos castra sua contrahere, meticulosos; speraverant enim frustra Marecallum de Craquy cum duodecies mille viris auxilio accessurum; qui remanebit in Locharingia undiquaque à se & copis Ducis de la Haye occludenda, ne ascendens, ut autumant, miles Osnabrugensis perumpat potens viribus & in memoriam reficiens stragem propè Treviros olim Craquyanis infligam; contra novis gaudiis exultant Cæsarei, & Rimaciam hõitibus timorent augere, quæsi denud in Alsatiam ascensurũ: jam tum Galli Selestadium fugã se recipere proposuerunt: æger VVantzen avensis Gallis est exoneratus heri: in eorundem arcè manserunt præsidio octingenti viri: inferiori Alsatix campus & nimio Solis alto inarefecit & excinditur funditis à Gallis, ne Cæsarei, quos ascensuros formidant, quo vires roborentur, reperiant: certum est interea, non sperandas Cæsarei Equitatus turmas sedem fixuras in valle Kinsingerensitã qua possunt propugnari Lauterburgum, Brisgavia & pons Argentinensis. Quorundam Helvetiæ Procœrum discordiæ sunt composiæ: septuaginta sclopeterarii prætoriani tum in Bernensi tum in Schafhusiano districtu Principi Auriaco collecti proximis in Hollandiam descendunt: Galli contentionibus Genevenses inter & Allobroges sexvientiibus sese immiscens, illinc aliquid sibi emolumentum conciliaturi, cujus spes ne tallat, extra-ordinarium Oratorem deputabunt, qui Mediatorem agat, animosque amittentes reconciliet: nondum expiscati sumus, utrum Cantones Tigurienses & Bernenses Genevensium Procœtores in sam reconciliatione consentirent: si sciam

COPYRIGHT - NOT TO BE REPRODUCED PHOTOGRAPHICALLY WITHOUT PERMISSION

1
2

ferent petitas Mulhufianis suppeditas, dum sinistri Gallorum in illos conatus opem postulaverint. Comes de Kuffstein, quem velitationes Tabernanz sustulerant ex oculis, ad Exercitum Cæsareum recens rediit.

Spirä, 30. Iulij.

Gallis Philippopolensibus displicet de die in diem vehementius sui obsidio, de ferenda sibi auxiliatrice manu desperantibus: prorumpens paucis ante diebus manipulus repellebatur onustus clade. eodem tempore impedimentorum bellicorum Commissarii omnes currus & equos hujus Civitatis attinuerunt, quibus in castra transportentur gerræ: præter ducenta pulveris nitratæ centenaria cum tormentis Confluentinis, Moguntinensibus, Trevirensibus, Francofurtensibus aliisque lapsâ hebdomade advecta, totidem proximè se traditurum (ponondit Heidelbergensis quidâ Iudæus. Cum advenissent ruricolæ labentis 23tia, à sup. campi. Marefcallo ad eruendas foveas acciti vicinis. è pagis, æctutum movebantur bipalia & ligones, terraque scindebatur ad antrum laterû, non impedita frequentibus tam è novo trans-rhenano castro Gallicoy quam dicto ex aëtrò missis Gallorum fulminibus: Margravius Hermannus Badensis infra sedem fixit ad molam, quo etiam derivavit aquam, serventissimè in ejciendis vallis sudans & nonnihil à prorumpentibus Gallis lacesitus, habitâ enim cum illis velitatione vulnerati sunt Comites de Reckum & Sturum: ut primùm accesserint plures circularû copie, vehementius obsidio promovebitur, nec obsessi audebunt prorumpere: quid fiet? dam Exercitus Cæsareus unâ cum illis inhiaret urbi. *Hamburgo, 1. Iulij.*

Hollandicus Thalassus V Vilhelmus Bastrans, in Alibi adhucdum degens, Principi Lunæburgico in obsidione Stadenfî moranti per legatum Capitaneum obtulit sua obsequia, si quibus indigeret; pro qua officiorum promittuntur Princeps agens grates, optasset eum nonnihil venisse maturus; ut offensus ræres Svecicæ. Vratilavienfes metuunt, ne improvise nubee bellicæ è Polonia in Borusisæ lines transvolaturæ Confederatorum animos & conatus teneant suspensos: contra Elector Brandenburgicus, certis nuntiis, intellecto, classem Svecicam à Danis in latibula sua compulsum, eademque obarmata, castra sua promoveat, fretaturus campesfrum turmarum Svecicarum licentiam in devastandis agris Gustrinentibus: curribus quoque conducit pontem è valis constatum. Præter octo memorati supra Thalassî naves bellicas, tres etiam mordent os Albis sub imperio Vice-Thalassî Everiz, quarum qualibet septuaginta aut pluribus machinis est armata. Hafnia sperat felicissimâ nuntia de classe sua; cum illa magno locorum intervallo absens, & continuè Svecicam Classem in tres divulsam turmaa terrore tremulas insequens, vix aut nè vix quidè scribendi nanciscatur occasionem: nò credit sibi burnicæ Britannicæ nautis, sibi reterentibus nuper, hostiles classes propè *Osel* conflixisse, ratû Svecicarû sex in Danorum manus lapsas, duas sociarum Neptuno & totidem Vulcanò immolatas; illa siquidem piraticæ Svecicæ, sicutis Anglorum a plustribus usq, fludivit fallacium technarum beneficio immunis penetrare Sinum Còdanum: quamprimum Rex Danicæ certi & grati quid de expeditionibus maritimis cõgoverit, iustratum Exercitum in armis exercitacissimum destinabile in *Schonen*, de cujus deditione & recuperatione victoriosa nullum foret dubium: Allatum è Norvegia, Danicos ibidem milites ad arma offensiva nunc paratissimos, quâvis hætenus defensiva gesserit: illinc Hafniam transportata est vis magna glandium nervique mavortii. Stadenfes frequenter prorumpunt, nondum terrefacti claudibus culcunquæ hætenus erumpenti manipulo insidit: ante triduum proruentium duo Vicarii & decem gregarii, qui ex his, & triginta, qui capti, biduo octo cum focis Stadatense recipere prohibebantur. Cognito, Comitum Co-

ningmarekium, mille & quingentis equitibus atque quoque tormentis bellicis armatum, attigisse Rostockium; Danorum duæ confluxerunt legiones, vim vi fracturæ, si quam Sveci inferrent. Aliquos Confederatorum manipuli sex ante dies in agro Mechlenburgico subsistentes videbantur ituri in Pomeraniam; ast à proposito non solum abstinenter sed ad priora jubentur redire æstiva, propter sinistra nuntia, quasi copiosus miles Svecicus in Pomeraniz se litus exposuisset.

Hagâ Comitiss, 2. Iulij.

Rex Britanniz neutralitatem Noviomagensem, è Gallorû mente ad duo duntaxat extendendâ militaria, conatur explicare latius. Ad castra Ruræmundana quotidie plures ex diversis plagis copie migrant, ex Principis Auriaci castris decies mille Hollandi, phalanx Osnabrugensis, & aliud plures manipuli: è præsidio Silvæ-Ducensî miles penè omnis ascendet: is recenter iustratus numerabat centum centurias, pluribus quotidie augendas & inter ceteras decem centuriis legionis Rabenhaupt, quæ Groningâ in *Bommel* nudius tertius venerunt. Thalassus Binckes navibus suis expugnavit promontorium Cajanum, olim pacis tempore per Gallos nostratibus ademptum: Orator Moscovicæ hæc per castra, ubi Principi Auriaco tradet litteras sui Ducis, in Britanniam profecturus, dedit nobis catalogum copiarum quæ in Livonizæ fines contrâ Svecos destinatz sunt sub auspiciis Gen. Knees, Ivvan Borrisév vitz, Trojz Courof, Fendör & Iuånovvits Socgofski, duodecim legiones scilicet 3800. peditum, decem equitum, quinque Hussarorum seu lancigerorum & totidem sagittiferorû legiones 9000. virorum: Nobiles Provinciz Novogorodensis in centurias divisos numero trigefes mille, quorum minimi uno, plurimi duobus tribusve famulis etiam armatis utuntur: profectò metuendus hic est Exercitus.

Antverpiâ, 3. Iulij.

Confederatus Exercitus hæret Bruxellas inter & *Ninoven*, brevi castra moturus. Præteritâ hebdomade è castris Gallis reboabant ultra octoginta tormentorum fulmina, plurimis latitiz signis immittis, partim ob victoriam in alto Panormitano obtentam, partim ob felix Reginz puerperium: propè *Quevrain* domus & arbores omnes evertunt Galli funditus. Leodienses tribus denuò conveniunt, proximâ S. Jacobi festivitate Consulium electionem & cetera in antiquâ reducturæ consuetudinè. Hanc urbem quotidie transmeant navigia Germano milite facta. In *DießRR. PP.* Norbertini & Recolletti quinta & sexta labentis sollempnissimè celebrabant Beatificationem Martyrum Gorcumensium.

Ex Traßu Rheni, 7. Iulij.

Marefcallus de Estrades Caduceatorum Gallicorum princeps penultima Solis sub octavam matutinam ingrediebatur Noviomagum vectus tribus carpentis, quorum duo trahebantur sejugis, alterum quadrijugis, stipata viginti ephcebis centumq, penè ministris: biduo post adventum à Britanno Oratore D. Jenkins & Hollandicis quamhumanissimè de adventu gratulantibus salutabatur. Episcopus Monasteriensis illuc quoque destinavit Secretarium qui conducat suis domum: conducta olim Cæsareis & Hispanis Oratoribus hospicia quam celerrimè renovari & necessaria jubentur supellestie instrui. Capitulationi Archi-Episcopali nuper propè Confluentes in valle ventilatæ Decanus Metropolitanæ Elect. Eccl. Trevirensis nomine Capituli præcedit & Eminentissimus Successor suo è conclavi deducit est ad prioris Electoris piiss. mem. Aulam, ita ut nihil aliud desideretur, quam homagium quod hisce diebus præstabant subditi cives & ruricolæ: Principum interea & Poetarum vota gratulantur Neo-Electori, annosque plurimos apprecantur. Miles Osnabrugensis penultima nocte quiescit in *Eschvyeiler*: interrogantibus, quò tendat, responderetur, quò tuba: velitatus jam tum sellcter cum Trajactensibus, cepit duo aut plura labara.

Imprimbat PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.